

ESCIPIÓ L'AFRICÀ, PROCÒNSOL A HISPÀNIA

“Romani, cum duas clades in Hispania accepissent, exercitum augere eoque proconsulem mittere constituerunt. Ea de re indicta sunt comitia. Sed nemo audebat illud imperium suscipere.

Deinde omnes Scipionem proconsulem ad Hispaniam mittere statuerunt.

Brevi tempore Scipio Hasdrubalem victum ex Hispania expulit; omnem praedam militibus concessit; captivos Hispanos sine pretio domum dimisit; Poenos vero vendidit. Cum Publius Cornelius Scipio erga Hispanos clementer se gessisset et hi vitam placidam vixissent, multitudo eum regem ingenti consensu appellavit.

At Scipio dixit: “Nomen imperatoris, quo milites mei appellant, mihi maximum est; regis nomen, alibi magnum, romanis intolerabile est; itaque vos oro ut a regis appellatione abstineatis”.

AURELI VÍCTOR, *Els varons il·lustres de la ciutat de Roma*, XVIII 3